



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt XLIX. Bevrbergense, Vvlgo Peilbergense monasterium, ad Loysam,
in Bauaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

Inscriptio lapidis in pariete templi dicti monasterij ita habet: *Hoc in loco sepulti sunt mariti illustris Comitisse Adelhaidis, fundatricis huius Ecclesia, quae fuit illustris Principis Bauaria (id est Comitum) Cunonis filia, Marquardus Comes de Hohenstein & Marquartstein, Vricus Comes de Pittauia (id est, Pitten in Austria) & Berengarius Comes de Sultzpach. Sic ferè Hundius in sua Metropoli Salisburgensi.*

CAPVT XLIX.

BEVRBERGENSE, VVLGO PEILBERGENSE MONASTERIUM, AD LOYSAM, IN BAUARIA.

EST id ædificatum per *Othonem, Eberhardum, & Conradum de Irinspurg*, fratres: at secundùm Auentinum, per *Eberhardum* & fratrem eius *Albertum*, qui Imperatori Henrico quarto plurimùm acceptus fuit, vnâ cum coniuge Alberti *Bertha*, & filio *Othone* dicatumque circa annum 1100.

Confirmatio autem Calixti secundi Pontificis, scripta ad Othonem fundatorẽ (quem vocat nobilem & illustrem Othonem de Castro Yringi) ipsius tantùm mentionem facit, quòd ipse prædium suum in Peilberg dederit, vt ibi in honorem S. Petri & Pauli pro regularibus fratribus Ecclesia construeretur, dans monachis facultatem quem velint Ad-uoca-

uocatum liberè eligendi. Datum Laterani,
anno 1121.

Sepulti sunt in hoc monasterio duo ex
fratribus fundatoribus in abside meridiona-
li, tertius in monasterio VViltha, ordinis
Præmonstratensis, in Tyrolensi Comitatu.
Sic ferè Hundius libro cit.

CAPVT L.

ABBATIA DE DAVCOVRT, IN
Artesia.

ANNO 1101. Abbatiam hanc in dicecesi ^{1101.}
Atrebatensi fundauit *Odo* pius sacer-
dos, in honorem Deiparæ, cùm *Lambertus*
Atrebatensis Episcopus facultatem dedisset
sodales colligendi. Dotem monasterij auxit
idem *Lambertus* Episcopus.

CAPVT LI.

BORNHEMIANVM OLIM MONA-
sterium, in Flandria.

LIBET hoc loco meminisse vetusti mo-
nasterij Bornhemiani, in Flandriæ fini-
bus haud longè à Scaldi flu. olim siti. Fuit id
olim Canonorum regularium cœnobium
Abbatiali titulo insigne, à VVennemano Ca-
stellano Gandauensi, & Manasse Camera-
censi Episcopo, anno 1101. constructum. ^{1101.}